UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici Semestria duo

Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici Semestre alterum - Cum Indicibus

Strauch, Johann

Jenae, 1674

Caput I. Ad capit. 3. de cler. peregr.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10241

Visual Library

ECLOGA VIII.

CAPUT I.

Ad capit. 3. de cler. peregr.

SUMMARIA.

1. De euntibus Hieroſolymas.
2. Epiſtola Gregorii Nyſſeni.
3. Palmarum rami in ſignum peregrinationis peractæ reportabant iterantes.
4. Palmati.

AGitur de clerico peregrino, Hieroſolymas ſine commendatitiis eunte. Et quæritur, an liceat ſacra celebrare ibi. De commendatitiis ſeu ſyſtaticis ſatis ſuperiori capite. *De euntibus Hieroſolymas.*

De Hieroſolymas euntibus quæſtio ad Innocentium delata à Patriarchâ Hieroſolymitano, quod his temporibus peregrinatio in Orientem maximè frequentaretur. Etſi jam quoque prioribus ſeculis mos iſte obtinuit, ut conſtat ex epiſtolâ Gregorii Nyſſeni, *de euntibus Hieroſolymam*, quam Petrus Molinæus latinè vertit, & notis illuſtravit, quas examinat Gretſerus *tom. 2. operum Nyſſeni p. 1084.* Exſtat hæc epiſtola manu ſcripta in Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ Vindobonenſi, in multis ab impreſsâ Molinæi diſcrepans. Variationes exhibuit Dn. Lambecius Bibliothecarius Cæſarius *lib. 5. commentarii de bibl. Cæſ. pag. mihi 82.* Cæterum redeuntes Hieroſolymis, in ſignum conſumtæ peregrinationis palmarum reportabant ramos, ut ex Guilielmo Tyrio refert Alteſerra hîc. Ideo & palmati dicebantur. Abbas Urſpergenſis: *Nonnulli palmati de Hieroſolymis redeuntes Acris, quæ & Accaron à noſtris, expugnatam nunciant.* *Epiſtola Gregorii Nyſſeni.* *Palmar. rami in ſignũ peregrinationis peractæ reportabant iterantes.* *Palmati.*

CAP. II.

Ad Tit. XXIII. De officio Archidiaconi.

SUMMARIA.

1. Archidiaconi vicarii Epiſcopi.
2. Oculus Epiſcopi.
3. Diaconi ſeptem in primitivâ Eccleſiâ.
4. Archi Levita.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN